

## Gal. methodi medendi

profundo sunt recondita, ac è superiore ad oculos vna cum nervis perueniunt, vitium est, nihil horum agi licet: Proinde àgre curabiles omnes eiusmodi fluxiones sunt. Quae vero extrinsecus posita vasa sunt, ea vel sine chirurgia roborare licet: illitis medicamentis, quae robur inserant, Graeci Tōnica vocant. ¶ Est & quando calidus sanguis, ac vaporum plenus ad caput ascendit, ac maxime in arterijs redundat. Cui vitio excogitatum saluberrimum remediū medicis est, vt ipsa incidatur arteria. Oportet autem derafo capite curiose tangere, tum quae retro, tum quae secundū utrancq; aurem sunt arterias, præterea quae in fronte, & quae in temporibus sunt. Quarum quae calidiores alijs apparebunt, ac maiorem exhibentes pulsū, hæ sunt incidentæ. Quęcunq; vero & parua & prope cutē resident, harum vel si partem aliquam excideris, veluti facere in crurum varicibus solemus, aptius erit. Nostroq; tempore quidam ex ocularijs medicis non minimus, ex arterijs, quae in temporum summis musculis resident, non exiguum excidit partem. Ac ferè quidem cum excisa est arteria, reliqua eius partes ad sibi continuas retrahuntur. Euenitq; id magis in ijs arterijs, quae tum minores sunt, tum minorem exhibent pulsū. Q; si inter nudandum appareat tibi vas magnum, aut magnum exhibere pulsū, tutius fuerit vinculo id prius excipere: mox, quod in medio est præcidere. Sunto autē eiusmodi vincula ex materia aliqua àgre putrescibili. Talis autem Romæ est ea, quę Gaietanorum dicitur, ipsa ex Gallijs aduecta: vendita uero maxime in sacra via, quae à templo descendit ad fora. Ac horum quidem Romæ facilis est copia: vilissime enim venditur. At si in alia vrbe artem exerceas, comparetur filum aliquod ex ijs, quae serica nuncupantur. Habent enim ea diuites mulieres in multis sub ditione Romanorum locis: potissimum in magnis vrbibus, in quibus multæ sunt mulieres id genus. Sin huius facultas non est, ex ijs, quae inueniuntur in regione quā incolis, deligit materiam quae minus sit putrescibilis: cuiusmodi est gracilium chordarum. Nam quae facile putrescant, eæ cito à vasis decidunt. Nos vero postquam vndiq; sunt carne impleta, decidere vincula volumus. Quę nāq; caro in abscessis vasorum partibus coalescit, ea pro operculo est, ac osculum eorum cludit. Postea vero quād id factum cernitur, decidere iam vincula secure possunt. At vero cum venarum partem aliquam excideris, non est opus eas tām imputrescibili materia deliges, sed sufficerit alia quæpiam. Siquidē in arterijs perpetuus motus infecti vasis ora resoluit. In venis autē, postea quā semel sunt ut cuncte clausæ, siue per deligaturam constrictæ, siue per medicamentum adstrictæ, permittunt circūpositam carnem circa coalescere: potissimum si qui curatur, immotam partem seruet, magisq; ēt si toto corpore vacuato ipsam attollat. Quippe etiam varices ita curamus. Vocatur autē varix vena dilatata. Porrò dilatatur in testiculis, & cruribus omnino. Sed quoniam, cum hos adhuc scriberem commentarios, non pauci amicorum rogarunt, vt in fine totius operis omnia, quę ad chirurgian pertinent, deinceps memorem, idcirco tractatio de varicibus nunc differatur. Cū vero non pauci speciatim sint oculorum morbi, qui magis speciale curationem desiderent, ne de his quidem hoc loco pluribus est agendum. Nam qui curiose quae prædicta sunt, legerit, & naturali prudentia fuerit, huic omnia inuenire, eorum rationem sequenti, nullo negocio licebit. Qui autē tales nō sunt, ijs satius fuerit omnium vitiorum, quę oculis incident, curandi rationem priuatim scribere: maxime cum amicorum non pauci ita postulent.

## G A L E N I M E T H O D I M E D E N D I , I D E S T D E M O R B I S C V R A N D I S , L I B E R Q V A R T V S D E C I M V S .

A R G U M E N T U M L I B R I .

Dereliquis tumoribus & affectionibus præter naturam curandis, sumptuæ ex singulorum generibus curandi indicatione.

Quid differat inflammatio, & Erysipela.

C A P . 1.

**D**e tumoribus, qui præter naturā in corpore cōsistunt, quot numero, qualesq; sint, proditum à nobis singulari volumine seorsum prius est. Quēadmodum autē hi methodo curandi sint (quod vtiq; docere propria propositi operis professio est) in horū cōmētariorum tertiodécimo præcipere coepimus. Et quoniam in superioribus de omni febribus ratione sermo erat habitus, aptius mihi vīsum est de phlegmone primum differere, vt quae & frequentissime incidere, & febres subinde accenderet. Ac dictum quidē nō nihil fuerat in febribus curatione inter ceteras earum causas, ēt de phlegmone. Verū absolutus sermo, & qui propriè illi debebatur, in libro qui hunc præcedit, est traditus, in quo methodū curādē eius, qualisnā esse conueniat, tradidimus. ne aquaquam

**A** nequaq; tñ auxiliorū materiā, nisi tm exempli gratia, sicut in superioribus fecimus. Haud longe vero à phlegmone abest & aliis morbus, quem Græci Erysipelas vocant. Is, vti monstratum est, ex bilioso succo nascitur. Sed præstiterit fortassis eum pluribus verbis à phlegmone distinguere. Ergo communia amborum sunt, tum tumor qui præter naturam sit, tum vero calor. *Dissentient* inter se primum & maxime colore: quando si is ruber sit, phlegmonen vitium appellant: si pallidus flauus'ue, vel ex pallido flauoq; colore mixtus, erysipelas. Præterea pulsatio magna phlegmones proprium est symptomata, quippe que alte magis in corpus demittitur: Erysipelas vero in cute potius consistit, quam alte descendit. Tenuis nanq; substantiæ est pallida bilis humor. Itaq; facile ad ipsam cutim transfluit, carnosis rarisq; corporibus transmissis. Cutis vero densitas non æque est huic bili peruiāq; si admodum tenuis aquosaq; sit. Talis nanq; maxime est etiam quæ quotidie cum sudore exit. Licitq; multorum qui in balneis sudorem sibi strigilibus detergunt, hunc eius videre coloris, cuius lotum est, ijs qui diutius cibo abstinuerunt: *Neque enim ignoras* eorum, qui inediā diu tolerant, pallidius ex aquoso lotum reddi, mox vero ēt flauum, nili quis prius humectante nutrimento potionēq; squalorem corporis irroret. *Ac corpore quidem pro naturæ modo se gubernato, amaræ bilis succus inuisibiliter exhalat: Præter naturā vero se habēte, tum alijs (de quibus post agetur) vitijs redundat, tum vero eo de quo nunc agitur, quod erysipelas vocant. Cum enim vel longe copiosior, vel crassior q; pro naturæ modo redditus, vniuersus ad cutim compulsus fuerit, eam tum perurit, tum in tumorem attollit.*

*Quo patio inflamatio, & Erysipelas oriuntur, ac de ipsorum generibus.*

CAP. 2.

**S** Ed satius est, veluti semper non dicimus modo, sed etiam facimus, ita nunc quoq; à rebus nō à nominibus initium faciamus: alterumq; principium, priore scilicet commodius, eiusmodi, sermoni demus. *Cum sanguis copiosus in aliquam particulam procubuit sic, vt ab eius particulae valis nequeat contineri, exiliq; aliquid instar roris ex ipsis valis in ea muscularum spatiis, quæ similari bus corporibus, ex quibus componuntur, interueniunt: vtiq; tumor ex plenitudine oritur, cui succedit cutis tensio, & in alta carne cum pulsu dolor, & tangentí renixus quidam, & rubor, & calor: ipsa nimis rura cutis ea, quæ subiecta sibi caro patitur, sentiente. Similis iam dicto & in visceribus affectus oritur. Est enim his quoq; sua quædam caro, quam aliqui Parenchyma grece vocant: in quam videlicet sanguis ex referitis valis halitus specie exudās, tā dicta symptomata efficit. Atq; hic vnu affectus est sanguineæ fluxionis soboles, in carnosa corpora maxime incidunt.*

**C** Secundus alter biliose fluxionis germe est, ac circa cutim maxime consistens, tū hanc externam, quæ omnium partium commune est tegumentum, tum membranose & tenuē, quæ singulis internarum est circundata. Ergo sicuti prior affectus etiam cutis aliquid apprehendit, ita hic quoq; aliquid subiecta sibi carnis occupat. Q; si crassior humor acrioreq; sit, summam cuticulam (Græci Epidermida vocant) excoriat, spatioq; temporis ad profundum altuādo cutis exulceratio peruenit. Atq; hic quidem affectus erysipelas nuncupetur, duplensem (vt iam dictum est) habens differentiam: quod vel absq; exulceratio, vel vna cum hac incidat. Prior autem affectus vnius rationis est, voceturq; phlegmone. Cum ergo nec planè biliosa, nec sanguinea fluxio est, sed ex ambabus mista: vtiq; ab eo, quod in mistura exuperat, nomē ipsi indatur, ac dicatur de eo id quod exuperatur licet, vt vel phlegmonen erysipelatosam id vocemus, vel erysipelas phlegmonum. Vbi autem neutrum vincit, ibi vitium phlegmones erysipelatosq; medium nomine.

*Ratio curandi simplex, & cum reliquis affectibus iunctum Erysipelas.*

CAP. 3.

**C** Vrationis vero methodus sicuti in alijs compositis, ita & nūc tradatur: initio à simplicibus sumpto. Ergo omnibus qui sic præter naturam consistunt tumoribus, communis indicatio vacuatio est. Adieci vero illud, sic, admonens te multitudinis humorum qui eos excitent. Nam si quis eos vacuet, naturalem habitum membrum recipiet. Nam vacuatio parī modo in omnibus, duplex est: vna repellentium ad alias partes; altera foras digerentium per eum qui sensum fugiat halitum. *At quoniam erysipelas non quantitate modo affigit, sed etiam qualitate ipsa ex vehemēti scilicet inflammatione cruciat, ampliore refrigerationem, quam phlegmone requirit.* Nec tamen non periculosa toti corpori est eiusmodi curatio, propterea quod bilis interim ad alijs quod princeps membrum fertur. quippe cum si vel sanguis ipse abundet, haud tutum sit ex minoris notæ membris fluxionem eius repellere. Tanquam igitur in illa post totius corporis vacuationem Apocrusticis, id est repellentibus, vocatis auxilijs vni sumus, ita nūc quoq; faciemus: *sed pro sanguinis missione, medicamēto, qd bilē trahat, purgantes; ipsam vero afflictam particulā refrigerantes.* Esto autē refrigerationis terminus, ipsa coloris mutatio. Etenim, quod purum erysipelas est, statim cū hoc quiescit, quod non purum est, sed iam quodāmodo phlegmonodes, si plusculum refrigeres, liuidā cutim præfert. Sin ne sic quidem quis desistat, nigricat: potissimum in senili corpore: sic vt quædam ita refrigeratorum, ne digerentibus quidem medicamētis ad perfectionem sanentur: sed scirrhosus quidam tumor in particula relinquatur. Ergo satius est, vbi laborantis particulae alteratum colorē videris, à refrigerantibus adstringentibusq; ad contraria trahere, priusquā velliūda, vel nigra prorsus fiat. Porro refrigerantiū materia in opere de medicamētis est tradita. Solanū, & semperuiuum, & portulaca, & umbilicus veneris, & psyllium, & altercū,

&

*Vit. c. 2. ad glau. c.*

*Vit. c. 5. lib. io. cap. 6.  
13. cap. 3. c. t. inq. in  
cap. 3. c. t. tumor. pers.  
cap. 2. v. 2. Ad gl. c.*

*Vit. c. 5. lib. iij. cap. 8.*

*Vit. c. 2. ad glau. cap. 2.  
oppositum paulus lib.  
cap. xi. c. Aesculus lib. i  
cap. 59.*

# Gal. methodi medendi

& lacuca, & intybum, & lenticula palustris, & cerata ex aqua admodum frigida, & alia id genus. Vbi vero inflammatio ægrotantis membra tam desit, cataplasma illi priusquam lieuet, ex hordei farina (εγρινη λύσιν græce voco) est imponendum. Quod si fam liuor occuparit, incisa cute cataplasma superponendum est, † {perfundensq; locus plurimum quidem ex aqua calida; sed & marina aqua, & muria interim cōducet. Quinetiam ipsi cataplasmati eiusmodi aqua, vel acetum, vel oxalme misceatur.} Hoc tempore etiam coriandrum cum polenta quidam esse salubrè erysipelatum medicamentum scriperunt. Alij rursum eodem inter initia vii, magna noxa occasio laborantibus fuere. Sed & rosaceum ceratum, cui immixtum sit calcis aliquid, eodem modo sunt q; prodiderunt erysipelati prodesse, aliaq; similis generis nonnulla ex ijs quæ valenter excalsiāt. Quorum nullum est erysipelatis medela, antequam videlicet mutatū definit esse id, quod ab initio fuerat, atq; alterum iam, illiq; contrarium eraserit. Quomodo enim, queſo, non sit contrarius calido affectui frigidus; aut ei qui flauo aut pallido colore est, is qui lividus aut niger est? Sicuti autem subinde phlegmonæ admiscentur erysipelas, ita etiā aliquando cedemati. ac vocetur, quod ex ambobus tum est conflatum, erysipelas cedematosum: non secus q; vbi ex refrigerando durum ægreq; resolubile redditur, vocabitur erysipelas scirrhosum. Ia curatio quoq; veluti in omnibus compositis, ita in his admisitribitur: ac potissimum quidem contra exuperans pugnabitur, nō prætermissa tamen nec ea quæ ex admisso præstatur faciendorum indicatione.

De curandis cedematis, & scirbo.

C A P . 4.

*¶ cōd. 2. ad glau. cap. 3.  
¶ cōd. 4. aph. cōm. 34.* **S**icut enim ex biliola fluxione erysipelas ita ex pituitosa constat cedema ipsum, rarus quidam atq; indolens tumor. Equidem seio aliter quoq; cedemata prouenire † {sicut} in pedibus, in intercutis aquæ affectibus, & phlegmonis, alijsq; † {qui} vehementes sint, } malis corporis habitibus. Atq; in illis quidem cedema multitudo eius quæ hominem premit, est symptomata, nullam seorsum propriam curationem requirens. Nam satis erit, (si modo curatione egredit,) ipsa tum crura perficare, alias oxyrhodino, alias oleo cum sale, aut etiam oxyrhodino sal habete. At si ex pituitoso humore in particulam influente cedema constitit, abunde aliquando satisfacit spoggia, que ex aqua, in qua sit acetum aliquid, maduerit. Porro hæc ita attemperabitur, ut uel bibi possit, vel ut non multum supra hoc acetum habeat. Deligare uero spongiam debebis, ab inferiore parte incipiens, ac supra finiens. Esto autem spongia, si modo conductione sit, omnino noua. Huius si copia non est, cuius erit, hæc detergebis expurgabisq; nitro, & aphonitro, & aqua lixiua. Q; si sub his cedema non subsidat, ubi rursum deligabis, pusillum aliquid aluminis coniicies, ac nouam spoggiam admouebis. Si nouæ copia non sit, melius est eo, quod vulgus vocat Elychnion, vtare. Id vero ante omnia molle esto, quod genus Tarsicum est. Cuius si facultas est, audacter vtitor, vitius enim experiere quam spongiam. Madeat uero ex pulsa, quæ aliquid habeat aluminis: tum (vt præscriptum est) deligetur ab inferiore sursum. Sit autem arctatio mediocris: velut in ossis fractura, ac primæ quidem fascie injectiones, quæ scilicet inferne incipiunt, magis arctande: que deinceps sunt, sensim remittendæ, ceterum non adeo, vt laxa sit aliqua deligationis pars. Porro idoneum medicamentum ad hæc & Glaucium est, tum ipsum per se liquatum ex pulsa; tum vel magis medicamentum nostrum, quod ex eo compositum est. Cuius compositionem habes in eo opere, quod de medicamentis est inscriptum. Sanè haec tenus à me scripta fuerant opera tria, vnu de simplicibus, alterum post hoc de compositione medicamentorum, & tertium de facile parabiliis. Quartum autem adscribere constitui: quandoquidem multi amicorum ita suadent. In eo de communibus & propriis cuiuscum partis & vitii medicamentis agetur. Verum medicamen illud quod Glaucium habet, non cedemata modo, verum multo etiam magis, tū erysipelata, tū phlegmonas incipientes sanat, ac potissimum calidas. Manifestum autem quod erysipelatas phlegmonas, & erysipelata phlegmonosa idem medicamentum sanet: At non eas phlegmonas quæ in scirrum iam transferunt, aut erysipelata quæ iam refrixerunt, aut denique ullum scirrhosum affectum sanauerit, de quibus vtique in quinto de simplicium medicamentorum facultatibus aliquid est proditum: dicetur uero & nunc. Siquidem humor vnde eiusmodi vitium nascitur, aut glutinosus est, aut crassus, aut vtriusq; rationis particeps. Curandi vero eius communis indicatio est, vt quod præter naturam in particula est, totum vacuetur. Modus tamen vacuationis eius proprius est. Nam detergere id, vbi contumaciter inhæret, oportebit. Quod si quis ijs que vehementer trahunt, digeruntq; medicamentis vacuare tentet; nec ijs, quæ humectent & excaliant molliat ac liqueat, huic paucis primitis diebus egregie procellisse curatio videbitur: ceterum, quod de affectu restabit, id insanabile erit, siquidem toto, quod in eo tenuum partium erat, digesto, quod reliquum est, veluti lapidosa concretio linquetur. Quippe etiam qui in articulari morbo visuntur pori, ex humore crasso glutinosoq; proueniunt, quando is non paulatim est digestus, sed violentis medicamentis totus simul siccatus. Ad eundem modum & calculi generated in renibus, also scilicet in his crasso glutinosoq; succo. Hac igitur de causa ad scirrhosos affectus nullum vehementer excalsaciens siccans ut medicamentum est aptum: sed ea tantum que cum molliendo digerere possunt: cuiusmodi sunt tum ceruina medulla, tum vitulina, tum seuum hircinum, & taurinum, & leoninum; ad hæc, ammoniacum thymiana, & bdellium vtrunq; magisq;

\* σέρις  
† Antiqui cod. ita legunt ἀστὴ τὰ μὲν πλῆνα δί τὸ δια τοξερμοῦ καὶ θαλάσσης καὶ ἄλιμος. ποτὲ δὲ συνδιποτεῖ διπλῶν γε τὸ ιατρικόν καὶ τιμητικόν τὸ τοιούτον διδωροῦ ὁ ὄφος ἡ ὅραια περιουσία. dēcūsque est locū plurimū q; dēcē aqua calida & marina aq; & muria, nōnūnq; querit cōducere ipsa cataplasmati eiusmodi aq; uel acetū, uel oxalē mīscere.

F † Hęc nō sunt in antiquis co dicibus.  
\* in antiquis te g̃t̃r̃ēṽs, i. affectionis.

G

H

\* αἱρεσῶν

**A** gisq; Scythicum, quanto videlicet est humentius. Par modo & styrax, qui humentior est, sicco vtilior est. His igitur indicatio[n]ibus attentus, etiam complicatos affectus sanare poteris, pro subinde iam dicta in omnibus compositis vitis methodo.

Indicationes remediorum, quae in scirribus & cedemate ab affectis partibus prebentur. CAP. 5.

**M** lhi vero iam tempestiu[m] fuerit de affectarum partium differentia mentione facere: quā semper in omnibus tum morbis, tum symptomatis, in memoria habendam censui. Diximus autem non pauca de indicatione quae ab ijs sumitur, in libro qui hunc praeedit. Siquidem omnium qui praeter naturam sunt tumorum, in quibus vtq[ue] adhuc non sunt geniti pori, prima curationis indicatio vacuatio est. Earum vero partium quae iam scirrhūm contraxerunt, vacuatio per iam dicta medicamenta perficitur: vocare e[st] ea malactica, id est mollientia, medici sole nt. Quoniam autem membrorum alia rariora naturaliter sunt, alia densiora: etiam vacuationem eorum diuersa specie remedia postulare est necessum. Hac igitur de causa tum in tendonibus, tum in ligamentis, {cum scirrho[s]a fuerint,} visum mihi satius est ei curationi, quam per mollientia me dicamenta molimur, aliquid incidentium admiscere. Ex quorum numero vel in primis acetum est. Interim vero et in alijs partibus, quas scirrus affectit, eo vtimur: ut paulo post dicam. Verum in tendonibus & ligamentis in hunc modum: In aceto acerrimo carentem igni lapidem extinguo: ac si quidem haberit potest, qui certe in magnis viribus rarus non est, pyriten: Sin eius copia non datur, molarem, Graeci Myliten vocant, scilicet ex quo molas quibus molimus, faciunt. Deinde ascendentē post infusum lapidi acetum vapore calido, in hoc dimoueri scirrhosum ligamentum uel tendonem cogofatq[ue] exinde rursus medicamen quod moliat, impono. Oleo tamen principio curationis, non aqua quotidie omnino laborantem particulā perfundo. Esto autem id oleum haudquaq[ue] adstringens, sed planè tenuium partium, cuiusmodi Sabīnum est. Incoquimus aut oleo interdum althaea radicem, ac sylvestris cucumeris, & si qua est eius generis alia. Atque hoc vt or (vt dixi) quotidie. Cæterum curatio quae per acetum administratur, vtilis est uitio iam adulto, & cum preparata iam sub mollientibus pars fuerit. Excogitaui autem & composita quedam ex aceto medicamenta, quae inter mollientium usum, ad unum diem impono. Siquidē aceti vis, modo ea quis modice & debito tempore vtatur, salutaris eiusmodi affectibus est, ceu crassos viscidosq[ue] humores dissolvens: sin uel immoderatus, vel in tempore non idoneo, te nuiores partes violenter absument, id quod reliquum est, lapidescere finit. Sed & si quis eo diutius vtatur, substantiam ipsam neruorum delibauerit. Ob id igitur nec saepe, nec inter initia, nec

**C** longo tempore, medicamentis, quae ex aceto componuntur, ad ligamenta & tendones est vten-  
dū. At in liene, & carnosis musculi partibus scirrho affectis, tutus eius est usus. Quippe rare sunt naturaliter hæ partes, nec est quod metuas, nequis neruus eius vi laedatur. Ac ammoniaco qdem thymiamate cum aceto, et alij non pauci lieni imponentes utuntur, ad lutu. I. crassitudinem, quod ex utrīsq[ue] mistum est redacto. Idq[ue] solum ei curando saepe satis fuit. Ad musculos uero alium sanē non vidi: Ego vero ēt saepe sum usus, utiq[ue] mollientium usui interponens. Atq[ue] sub illis nulla certis evidens utilitas. Sed postea q[m] mollitus per ea scirrhosus tumor est, maximū certe usum amminaciū aceto liquatū confert. Sufficit aut eo uno altero'ue die usos, rursus ad molliētia reuerti. Ac rursus his pluribus diebus usos, denuo ad medicamen, quod ex aceto fit redire, siue id ammoniacum, siue quid aliud habeat eorum mollientiū, quae paulo supra sunt comprehensa. Neq[ue] n. aliud quicq[ue] est admouendū: cuiusmodi s. pleraq[ue] sunt eorū medicamentorū q[uod] siccā vocant. Sigdē inter initia medicamenta, pbabis: sed id insanibiles affectionis reliquias relinquet. Ego nanciū eius rei cā in medio tpe cataplasmate ex althaea sum usus. Vocab aut hanc vulgus Anadendromalachen. Huius igit[ur] radix seu soluta, salutare ad talia medicamentū est. Esto aut seuū, si fieri p[ot]est, anserinū: Sin id non sit, gallinaceū: Sin nec huius facultas sit, suillo vtēdū. Sed & sylvestris maluæ, q[uod] passim nascit, folia, cū supradictorū aliquo tusa, p[ro]ficient. Meliora tñ crudis sunt, q[uod] modice ante sunt decocta. Ac eiusmodi quidē auxilia, & curationis uariatio, qualis iā cōprehensa est, oīum particularū quae scirrhosis vitis sunt affecta, cōta sunt. Ad eundē modū cedematum curatio, quā paulo ante memorauimus, cōprehensis iā differentijs q[uod] particulas uariaf, lis, n. q[uod] in pracordijs sunt cedematis, nemo frigidā ex pusca spongā applicuerit: veluti nec alijs q[uod] in his sunt tumoribus. Iā quis absinthiū oleo incoquens, genu vnq[ue] perfudit? Quis oculum, aut aliquid eorum quae intra os sunt, qualitercunq[ue] affectū? At iecinori ægrotanti, & lieni subinde cum maxima utilitate adhibeū. Dicit id ipsum & experientia, que uim eorum euidenter indicat, non secus q[uod] rō. Nos tñ nunc hoc opere solā eam remediorum intentionem, quae methodo paritur, qualis nam sit differimus. In operibus de medicamentis ambas miscuimus, omnia medico cognoscenda esse rati: tum quē solo inuenta sunt usi, tum q[uod] sola rōne: ad hac tertio loco quae conferentibus ad intentionē utrīsq[ue]. Omnibus aut hīs ille solus commode utetur, qui in hac methodo est exercitatus.

Tumorū in duratorum differentia, & qui proprie scirbi appellantur.

CAP. 6.

**A** cde phlegmone quidem scirrho & cedemate satis sunt, quae hactenus sunt comprehensa: illo non omisso, quod scirrhūm nominamus tumorem durum, qui sine dolore est, non tamen omnino sine sensu, talis enim sanabilis non est, reliqui omnes sicut ægrius sensilem ipsam partem

vit - ad glau. cap. 5. e.  
q[uod] aph. 39. cc. 5. & simp.  
med. cap. 9. b. cc. 7. fo. 13

## Gal. methodi medendi

partem affectam reddunt, ita omnino insensibilem non faciunt, vtique si sensibilis natura sit. Ligamenta nanque scimus insensibilia esse. † Quid si quis eos duntaxat tumores, qui & preter naturam sunt, & omnino insensibles, & scirrhos appellandos censeat; reliquos non scirrhos, sed tumores scirrhos: & se de nominibus litigare sciat, & nos quoties cum eo disputabimus, ita quoq; affectum nominabimus. Siquidem is mos noster est, quibus quisq; nominibus delectatur, ijsdem in disputatione cum illo vti.

C A P. 7.

**N**unc tempestuum est, vt de inflationibus differamus: quibus diuersa ab cedematis curatio-  
cedunt, digitiq; admodum alte in ipsa descendunt. Inflationes vero ex flatuoso spiritu collecto na-  
scuntur, alias sub cute, alias sub membranis quae ossibus circundatur, aut musculos, viscerum ue ali-  
quod includunt. Porrò colligitur aliquando non parum etiam in ventriculo, & intestinis, itemq;  
in medio spatio horum & peritonaei. Differunt quoq; haec ab cedematis, q; & pressa digitis † no-  
retinent vestigium, & sonitum veluti tympanum reddunt. Itemq; q; in cavitate sensibili subin-  
de continentur, atq; haec nonnunquam maxima. Indicatio autem curationis omnium communis  
est: vt quod preter naturam est, vacuetur, in quo cunq; id contineatur. Propria vero post hanc co-  
munem est, vt tenuissimis & calidis potestate medicamentis. Atq; in ventriculo quidem, & visce-  
ribus oleum, quod tenuum est partium, quodq; rutam habet incoctam, aut aliquod calidorum  
seminum, cuiusmodi sunt cumini, & apij, & petroselinii, id praestabit. Aliquando vero & cucurbi-  
ta magna bis ter' sine incisione medio ventri affixa. Tanta vero ac taliter applicata etiam totū  
umbilicum comprehendet. At in artubus & musculis qui sub cute, aut etiam membranis quae os-  
fa vestiunt, inflatione orta, si citra dolorem sit, liquor aliquis tenuissimarum partium, cuiusmodi  
est lixiuim noua spongia exceptum, satisficerit, sin dolor quoq; vrget, vngenda pars est oleo,  
quod relaxandi remittendi vim habeat. Incidit porrò ex percussiōibus eiusmodi affectus, vbi  
scilicet vel musculus, vel membrana quae os circuit, est contusa. Ac super membranam quidem  
quae os ambit, antedicta imponenda est spongia. Ad musculos vero (nanci hi aliquando dolent)  
medicamentum quod magis mitiget, est adhibendum. Quo sit, vt ad hos solo lixiuio nō vtur,  
sed immissa ei tum sapa, tum pauculo oleo. Satius autem fuerit in principio non addidisse lixiuū,  
sed sapa cum uino & exiguo aceto vti, ac quod mediocre sit olei adiūcere. Vbi mista sunt, modice  
excalfacere & lanam nō lotam, quam oesyperon id est succidam vocant, ipsis imbutam impone-  
re. Quod si eiusmodi lanæ facultas non sit, ipsius oesypus iniiciendus miscellæ supradictæ est. G  
Quod autem atticus oesypus ceteris omnibus præstet, tametsi ame non dicatur, ipse scis. Quin-  
etiam ceratum, quod ex oesypo componitur, medicamentum est omnibus notum. Vtuntur plu-  
rimo ad phlegmonas, quae in praecordiis sunt. Ergo huius quoque aliquid, vbi oesypus præsto  
non est, recte inieceris. Debent enim contusi musculi leniri medicamento, cui mista facultas sit,  
quae simul concoquat, digerat, & modice astringat, quando si nihil habet adstrictionis, auget ali-  
quando phlegmonas: ac maxime in ijs corporibus quae plethorica sunt. Ergo trium iam com-  
prehensorum indicationum in inflatis ex plaga quadam musculis memor, vbi dolor maior vrget,  
mitigatio magis ratione veteris: vbi abest, † maiori vi instabis. Maiores vim intelligo, cum  
breui via properatur ad finem. Porrò breuis via fit per ea medicamenta quæ valentes habent vi-  
res: hæ maxime in lixiuio & aceto habentur, post hæc in vino. Quoties igitur de mitigando non  
laboras, horum plus in misturam coniicies. Rursus vbi repellere studes, vini plus quam horum  
immittes. Porrò id optimum in hunc usum fuerit, si nigrum austерum que sit. At si digerere ma-  
les, lixiuij plus indes. Acetum vero si his miscebis, ad ambo erit utile, propterea quod mistas (vt  
monstratum est) habet facultates. Vbi vero musculus sine dolore est, licet sanè in lixiuij penuria  
pro eo aphonitrum immittere. Esto autem id minime lapidosum, sed magis spumosum. Est ve-  
ro quod lapidosum est, durum & spissum, ac ægre liquabile, cum dictis liquoribus miscetur: Spu-  
mosum vero molle est & laxum, itemq; candidius quam lapidosum. Hoc itaq; tum celerrime ab  
humore soluitur, tum iuuat maxime, vt pote tenuum partium. Quia vero huius generis inflatio-  
nes neglectæ inuenterunt, primo quidem loco his ea quæ ex lixiuio componuntur (vt prædi-  
ctum est) adhibeas: secundo loco emplasticum aliquod. Dicam autem & horum exemplum. Strig-  
menta gymnasiorum feruefacta percola primum sic, vt pura sint; deinde rursum in cacabum im-  
missis, calcem iuuam in farinæ speciem tunsam insperge ad lutu vsque crassitudinem. Salutare his  
est & medicamen, quod ex sycomoro componitur, aliaq; id genus. Nūc enim (ut dictum est) exē-  
pla tantum eorum medicamentorum scribo, quorum generalis facultas per medendi methodum  
inuenitur. Tanquam vero medicamentorum hoc loco ponuntur exempla, tum vt tota hac me-  
thodus clarius intelligatur, tum vt magis nobis ad inueniendam materiam facultas suppetat: sic  
etiam & affectarum corporis particularum proponuntur. Statim enim affectus quidā est quē  
juniiores Priapismum nuncuparunt, propterea quod ijs qui sic sunt affecti, etiam in uitis pudendū  
arrigitur, quod vbi viderit quispiam, qui in his commentariis est exercitatus, protinus intel-  
liget ex inflationū esse genere. Qui, n, memoria tenerit, tum omnia quæ in dislocatione eius mē-  
bri

app. u. dīgīſſe - 2. ad glau.  
cap. 3. 7. fol. 103. F.

lit. 6. & lo: aff. cap. ultimū  
ex g. & comp. mod. sp. lo:  
cap. g. 3. & synopt. cōc.  
cap. g. 11.

**A**bri apparent, tum quae de functione eius & vsu in naturalibus libris sunt prodita, is nullo negotio intelliget, q̄ cauernosus neruus, qui propriam colis substantiam constituit, halituoso spiritu impletus, affectum hunc excitat. Porro halituosum spiritū in animalis corpore ex sucis, quilete sensim ut excalfiant, nasci didicimus. Quippe vbi tum insitus calor validus est, tum partis humidas ad summum concocta, utq; in tenuem halitum soluta insensibili transpiratu in ambientem effluit: Contra, vbi vel ingenitus calor imbecillior est, vel naturalis humor tum semicoctus, tum crassus, tum glutinosus, ibi crassior excitatur halitus, q̄ vt transpirare possit, ac potissimum siccus, particula ipsa densula est redditia. Nonnunq; vero humor qui in membro cōtinetur, subfrigidus est, præterea crassus & glutinosus: auctior vero calor in halitus eum crassos resoluit. Quæ res p̄ficiō magnopere tibi ad curationem estimanda discernendaq; est. Siquidem principium ambo-  
bus affectibus cōmune est: nempe totū prius corpus vacuare, q̄ modo id capax vacuatiōis sit. Dicatum vero à nobis sāpē est de vacuantium auxiliorum facultate. Ea sunt missio sanguinis, & purgatio, tum per ea medicamenta quas subter expellunt, tum per ea quæ supra, siue ea vomitoria dicere mauis: præterea multa frictio, & omnis dimotio: itemq; balneum, potissimum quod ex aquis sit digerentibus. Sed & acria medicamenta illata per halitum digerunt, omniaq; vno verbo que calfaciunt & siccant. Ex accidenti etiam vacuare indicaimus & cibis abstinentiam, potissimum vbi ambiens calet. Ergo quicquid horū sustinere cubans aptissime potest, eo est vacuan-  
dus, imponendumq; ipsi laboranti particulae medicamentū, si ea calidior sit effecta, quod ad portionem caloris abundantis refrigeret. Sin aliter, inter initia quidem omnino quod modice refrigeret: postea vero id necessum non est. Pari modo & quæ circa lumbos sunt particulae oēs, eiusdem facultatis medicamento sunt comprehendenda. etiam reliquus vietus exhibendus qui & flatui aduersetur, & siccet. Incidit vero vitium hoc non sanè multis, sed iuuenibus magis, q̄ alijs satatibus, quo magis his sanguinis missio præcipue est salutaris, ceu nec ætate eorū eam recusante. Scio enim ipse quandam à me curatum tribus diebus, naturalem habitum recepisse, sanguine primum missio, dein medicamēto hoc adhibito. Ceratum ex simplici rosaceo factum ita liquidū, sicut ad fracturas vt solemus, aqua frigida imbuens, ac simul cum ea subigens (nam æstatis initium erat) pudendo ac lumbis imposui, atq; ita quidem hunc percurauī, simili modo & alium, qui post missum sanguinem humido medicamento, quod ex chamæmelo conficitur, est v̄lus. Porro istis etiam nymphæ aliquid potandum exhibeo, saltem in principio: mox amérinæ semen. ac si tra-  
xerit adhuc vitium, rute semen copiose comedendum. Est enim illud cōmune præceptum oīum ferme, quos v̄tiosus succus creat, morborum, quod in fine calfaciētibus & siccantibus sit vtendū, quippe hæc quod reliquum humoris est, prorsus absumunt.

Quo pacto præsumida lingua laborans à Galeno curatus sit.

CAP. 8.

**S**anè lingua ita tumefactam cuidam vidimus, vt ore hominis contineri nō posset. Huic nec vena vnḡ incisa fuerat, & sexagenarius iam erat, horaq; diei ferè decima erat, cum ad eū pri-  
mum accessi & vidi. Ac v̄lus mihi est v̄statis mihi pilulis, quæ ex aloë, scammonia, & colocyn-  
thide constant, vespere datis purgandis pli tamen particulae afflīcta suali refrigerantium aliqd  
imponere, saltem in inicio. Post enim, inquam, applicabimus prout suadebit euentus. Verum id vni medicorum non placebat: ac propterea pilulas quidē sumpsit: de locali tamen remedio deli-  
beratio in diem posterum est dilata, quo tempore etiam efficacius aliquid præstiturum quicquid probatum fuisset, sperabat, & purgato scilicet iam toto corpore, & humoribus ad inferna reuulsi. Ceterum ea nocte euidentissimum per quietem insomnium, nostrum homini consilium ap-  
probavit: ac materia ipsam medicamenti definitiū: lactucae succo collui iubens. quo ille solo v̄lus,  
prorsus est sanatus, nullius alterius egens. Quod autem in priapismo vomitorij medicamen-  
tis potius, q̄ subducentibus sit vtendum; in linguae vitio contra: id ex partium situ indicari mani-  
festum est. Nam auerſionis in contrarium (que ab Hippocrate antispasis dicitur) non à substan-  
tia, sed à curandi membris positi, inuentio præstatur.

De Cancri ortu, & curatione. v̄ta 4. 2. ad glau. cap. 10. CAP. 9.

**I**am vero tempus monet, vt ad aliud tumorum genus transeamus, atq; à re potius q̄ nomine initium faciamus. Ea nāq; est haud dubie vereq; scientifica doctrina. Quod igitur oībus eiusmodi tumoribus succus aliquid influit, id in libro quem de tumoribus preter naturā scripsimus, indicatum est. Quod autē non idem in oībus sit, ipse sensus euideretur docet: differentiis nimisq; ipsiis tumoribus nō colore modo, verū etiam ihs quæ ex calore, frigore, mollitie, duritieq; spectā-  
tur differentijs. Ac ruber qđem tumor euidenter subesse sanguinis indicat humorē: sicuti flauus & pallidus per similem ipsi bīc: subalbidus vero & laxus, pituita. Sunt aut̄ & præter hos tumo-  
res qđam, qui colore sint inter rubrum & nigrū medio: cuiusmodi cōlor fuscus est. Hunc cum in corporis partibus saepe incidat, plurimi medicorum liuidū, græce Pelidnon vocant. Renixus aut̄ his quoq; tumoribus valens est: ac si venas euidentiores mēbrum haberet, exaltatas eas a crasso & nigriore quodā modo sanguine, cuiusmodi p̄ alum aliquum aliquid non paucis hepaticorum excernit, videre licebit. Suntq; medici, qui mihi eū nō absurde vident̄ faci, t̄ quæ super vīni dolijshēret} assimilare. Ergo hic humor, vbi amplius incaluerit aut̄ ppter putredinem, aut̄ febrem phlegmo-  
Septima Classis. mmmmmmm nodē,

## Gal. methodi medendi

node, nigrum efficit bilem, quā nullum animal, ne ipsi quidem mures gustauerint: terra quoq; raditur ab ea: ac partes quae raduntur, omnes in altum attollunt, vocatur q; is effectus (vt Plato quodam loco inquit) tum fero, tum fermentatio. Est namq; is humor talis, quale esse acetū docimus. Ex quo ipso quoq; si in terram effuderis, idem effectus visitur. Quo minus alienum est, si veteres eiusmodi humorē acidum nominarunt, æque ut pallidæ bilis amarum. Sanè nō raro etiam in vomitionibus talis appareat. Verum, sicuti paulo ante dixi, vnum quoddam vitium esse proprium verumq; scirrum, qui præter alia etiam insensibilis sit: reliquos tumores, qui videlicet nō dum sunt omnino insensibles, dupliciter esse à medicis vocatos, nempe vel scirros, propterea q; generis scirrorum sunt, vel scirrhos tumores sive & in humoribus, quæ quidem haud dubie nigra est bilis, ea talis est, qualem modo pinximus: certe acida, & terrā fermenti ritu eleuans: tum omni animanti iniucunda. Quæ vero fieri talis est idonea, hæc bifariam nuncupatur: vel melancholicus humor, vel nigra bilis: scilicet qui sic eam nominant, affirmatur aliam esse nigrum, quæ dum animal naturaliter se habet, quotidie gignitur: aliam quæ ex vstione ac velut affatione conflatur. Quod autem semper præcipio, vt nominibus contemptis, ipsam naturæ rerum scientiam exercetas, id nunc est faciendum: ac nominandum quidem prout succurret. Ceterum oratione sic interpretandum, q; quidam præter naturam tumores ex eiusmodi naturæ succo proueniunt, cuiusmodi est fex in vino, & amurca in oleo: & q; hi spatio temporis putrefacte humore, propterea q; in vasis sit impactus, exulcerantur. Ergo sicuti reliqua omnia vitia plurimam habent particularem in maioris minorisq; ratione differentiam: sic etiam hoc vitium habet. Quippe phlegmones alia qdем admodum rubra est, alia paulo magis q; pro naturali habitu rubra. At species, siue genus, siue quomodolibet appelles, ambobus est idem. Nam & rubriores q; pro naturæ modo sunt, & dolor omnino cum ipsis est, qui ipse quoq; magnam habet in excessu defectuq; differentiam. Ad eundem modum nec renixus, nec cutis tensio omnibus est æqualis. Commune tamen eorum est, tum q; pars magis renititur q; ante, cum naturaliter se haberet: tum q; in tumorē quendam attollitur: extenta scilicet attentaq; catenæ cute, quatenus tumor asturexit. Simili ratione & vitium, quod modo describimus, alias cōfusa exiguaq; & quæ vulgum fortasse latere possint, assert symptomata: alias ita vehementia & magna, & cunctis evidentiæ, vt ne puerū quidem clam sint. Verum cōmune illud in oibus particularibus, quod intelligentiam ad se trahit, unus id moribus esse ostendit: & vnam sibi appellationē imponi cogit. At vbi magna quidem omnia sunt, nemo de appellatione ambigit, sed nominant vno assensu oēs eiusmodi affectum Cancrū. Cum autem adhuc incipit, nihil miri est si vulgus lateat, non secus profecto q; stirpes, quæ è terra iam G exeunt: quando hæ quoq; peritis tantum agricolis agnoscuntur. Ergo quænam in cancro tum cōmuni, tum propria curationis indicatio sit, opportune nunc dicetur. Cōmuni igitur est, vt humorem, vnde vitium est natum, illico vacues, simili vacuationis generē ei quæ in alijs tumoribus supra est cōprehensa. Mox prohibere, potissimum si fieri potest, ne de cetero eiusmodi successus in venis colligatur. Sin id fieri nequit, saltē eū omnino ex interuallis vacuare, & simul particulam firmare, nequid humorū redundantia ad eam confluat. Veluti ergo amaræ bilis humorē medicamēto, quod eum humorē trahere sit aptum, educimus: sic & melancholicum educemus vel simplicium aliquo, cuiusmodi est epithymum pondo drachmarum quatuor in serola. Etis, multa ue exhibut: vel compositorum aliquo, cuiusmodi nostrum est, quod ex duobus & triginta simplicibus medicamentis est compositum. Sed horū materiam in alijs traditam habes. Hic autem que ad propositam methodum proprie pertinent, dicamus. Post nanq; purgationem illud de omnibus eiusmodi affectibus prius est præceptum; q; vel retro regerere humorē, qui in membro procubuit, oportet; vel ipsum digerere. præterea q; in principio qdem tam in ipso purgationis tempore, q; ante id repellere. vbi iam totum corpus exquisite purgaueris, digerere. Vbi tamen mediocris tātum purgatio præcessit, mistum esse quod applicabitur pharmacum, ex repellente digerenteq; facultate conueniet. Sanè ad crassum humorē inutiles sunt tum imbecille, eo q; nullum operæ pretium efficiant: tum valentes, q; vehementer tenuiores quæ in venis sunt sanguinis partes vel digerant, vel retrudant: crassas vero & melancholicas, quas feci assimilauimus, nec euocent, nec repellant. Ergo si his inter initia vtere, vtiq; minutus aperte tumor erit. Ceterum quod reliquum eius est, contumax ad soluendum reddetur. Quare mediocrum viuum medicamentis est opus: quæ nec propter imbecillitatem vincentur, nec propter effectus vehementiam valenter sanguinem crassabunt. Ad hæc item quæ omnino haud mordeant: quā doquidem vitij malignitas ab ijs que mordent, irritatur, ac, vt dici solet, efferatur. Propter hec igitur que viribus quidem sunt mediocria, qualitate vero minime mordentia, eiusmodi affectibus sunt idonea. Materiæ vero copia, sicuti in libris de medicamentis est traditum, ex vstis elotisq; metallicis habebitur. Quippe que medicamenta ex his componuntur, vna cū purgationibus, ad sanandos incipiētes cancros magnam vim habent. Maiores vero sat fuerit, si his prohibeantur augeri. Prospicere vero vt qui iam sunt sanati, amplius non regenerentur, id artis de tuenda sanitate est opus: cuius sanè portio est ea quæ de cibis præcipit. Ceterum si quando cancrum per chirurgiam curare audebis, coepisse quidem ab vacuando per purgationem melancolico humorē oportebit.

# liber quartusdecimus.

90

**A** pportebit. Vbi vero totum quod vitiatum est, prorsus excideris sic, vt nulla supersit radix: sines effluere sanguinem, nec propere eum inhibebis: immo premendo potius quæ circum sunt, venas, exprimes ex his crassiorem sanguinem: mox alijs vlceribus similiter curabis.

De carbunculis & reliquis affectibus curandis, qui ulcere crustoso constat.

CAP. 10.

**E** st tamen & aliud vitium, quod ex humore crasso feruenteq; nascitur. Incipit hoc plerunq; Vit. c. p. 4. diff. feb. cap. 1. cap. 9. et 2. ad cap. p. 1. fo. 100. c. et 5. med. gen. gen. cap. 11. pustula: aliquando vero & sine hac. Cæterum inter initia quibus hoc instat, scabunt partculam omnino, mox oritur pustula quredam, qua rupta, vlcus cum crusta dignatur. Sæpe vero non vna oritur scabentibus pustula, sed multæ exiles veluti milij semina, crebre in particula resistentes, quibus perruptis, similiter crustosum vlcus prouenit. In carbunculis vero qui per Asiam populatum sunt crassati, etiam citra pustulas nonnullis excoriata statim cutis est. Omnibus tam, ut dixi, crustosum vlcus fit; modo crusta ipsa cineris colore praferente, modo nigror. Omnisbus præterea his circuposita caro in summam peruenit inflammationem, non tamen colore aspicitur erysipelatis, immo qui adhuc phlegmone colore sit nigror: veluti si plusculo rubro minus misceas nigri. Quod autem necessario febricitent qui ita sunt affecti, idq; non minus, immo magis, q; illi quibus erysipelatola est phlegmone, id vtq; latere neminem potest. Sed & incipiendam

**B** ab incisa vena curationem esse, id quoq; neminem latere arbitror, qui præsertim meminerit que in curatione febrium, de sanguinis missione diximus. Nec illud obscurum, sanguinis vacuatione que ad animi deficitum vsq; sit adhibita, magis his etiam collaturam: nisi tamen aliud quippam obstat ex ijs quæ venam incidi vertent. Imponi vero sibi laborans particula, quod ad humorum inflammationem spectat, refrigerantia deliderat. Cæterum propter humoris crassitudinem atq; etiam malignitatē, nec fluxione auertere vnq; poteris: & liquido id feceris, aliud quippam quod in alto sit corpore, offendes. At qui nec affluere is permittendus est: quin potius inquirendam re media sunt, que cum modice reprimedo, etiā digerere possint. Tale profecto est tum cataplasma quod ex plantagine conficitur, tum quod ex cocta lente, scilicet miscentibus his nobis micam panis teneram, qui clibanio sit coctus. Esto autem panis nec oīno à furfure purus, nec nimium eius habens. Siquidem qui oīno purus est, eius substantia in cutis meatibus hærere est apta. Emplasticoteron Græci vocant. Furfuraceus autem crassiorum est partium. Super ipsum vero vlcus, valens aliquid imponendum est medicamentū: cuiusmodi est Andronis, Paslonis, vel Polyidæ. Liquariq; id cum vino aliquo dulci ad sordium crassitudinem debet. Porro cōmodissima ad hunc vnum vna sunt tum thergium, tum scybelites. In quorum inopia sapia vtendum, quæ apud nos pus mouent, ea nunc adhibenda non sunt: qñ ita putredine particule auxeris. Quinetiam scarificare eiusmodi tumores post sanguinis missione, alienū nō sit. Sunto aut̄ incisiones mediocribus altiores, ppter infestantis humoris crassitudinem. Cessante vero fam inflammatione, vlcus ad cicatricem similiter reliquis vlceribus pduces. Atq; haec tenus de carbunculis dixisse sat arbitror.

CAP. 11.

**D** Einceps de reliquis agam tumoribus, orsus à strumis, Chœradas Græci vocant. Existunt hæ glandulis in scirrhosum affectum mutatis. Estq; curatio earum, quod ad ipsum attinet vitium, ijs scirrhis qui in alijs partibus nascuntur cōmunis. Ceterum, quod ad ipsius partis natum spectat, in quibusdam glandulis alias geminas curationis indicatiōnes adisciunt. Præstiterit fortassis hoc loco de nominibus aliquid clarioris doctrinæ gratia distinxisse. Quippe glandulae, que quod in medio vasorum in diuersas partes diductorū habetur, implēt, eiusq; diductionis p firmamento sunt, earū haud magnus vlus animantibus est: sed ex abundatiōe prouidentia, sicut alia quedam, sic has quoq; glandulas natura fabricauit. Earum vero, que vel saliuam, vellac, vel genitale semen, ad hæc que pituitosum quandam humorem in mesenterio, vel faucibus, vella ryng, generant: earum maior est vlus. Atq; aliqui has non glandulas, sed glandulosa vocat corpora, vt que non paulo, q; relique glandule, & rariole sint & magis spongiosa substātia: quinetia in has tum arteriæ, tum vena sensibiles perueniunt. Atq; hæ quidem, cum in scirrhoso sunt affēctu, non aliter q; cæterę omnes partes sunt sanande. At quæ in medio vasorum spatio consistunt, in ijs alia curationis indicatiōne præstatur: qua simul cum vito etiam pars ipsa tollitur. Est vero duplex ea quoq; nempe, vel totum quod vitiatum est, scalpello excidentibus nobis, veluti in cancro, vel putrescere id medicamēto cogentibus. Porro que eiusmodi medicamentorum materia sit, id in opere de medicamentis est proditum.

De abscessibus, que apostemata dicuntur.

CAP. 12.

**M** lhi vero tēpestium est de alijs tumoribus docere. Quorum se primum abscessus offert, Apostema id græce dicitur. Huius duplex item genus est: Vnum cū phlegmone in pus versa, pus ipsum tanq; in sinu aliquo est collectum: Alterum cū nulla precedente phlegmone, humor aliquis statim ab initio, isq; alias specie alius, cæterum omnino acris, in parte aliqua colligitur, porro excoriat hic circuposita corpora: spatium videlicet sibi moliens, vel inter duas tunicas, vel sub certis membranis. Excoriat autem omnino ipsa copia distendens: interim vero acris Vit. 4. tumor. præcer. nān. cap. 5. class. 3. fol. 23. 9. moniam quandam putredinosam tempore contrahens. Sanè inueniunt in huiusmodi abscessi Septima Classis. mmmmmmij bus

## Gal. methodi medendi

bus, cum scalpello sunt divisi, proprietates quædam non pauca, nec humorum modo, sed etiam solidorum quorundam corporum. Siquidem vnguium, pilorum, ossium, testarum, lapidum, & pori fragmentorum similia inuenta in his corpora quedam sunt. Achumorū ipsorum alius veluti lutum, vel cœnum, vel olei quidam limus, vel vini fex: alius adeo grauiter olens, vt omnes auersentur. Verum hec rarius incidentur. Frequentissima vero huius morbi sunt tria genera: quorum singula propriam appellationem græce sunt fortita. Ea sunt, Atheroma, Steatoma, & Meliceris, à similitudine contentarum in tumoribus substantiarum dicta. Est n. aliud eorum veluti seuum, aliud veluti mel, aliud punicule, quā Atheran vocant, simile. Curationis vero eorū indicatiōnes sunt cōmunes: nempe id quod continetur, vel digerere, vel totum putre reddere, vel excidere. Aliqui igitur eiusmodi tumorū trīplicem curationis rationē admittunt, quotquot. s. ex tenuiore humore constant, vt meliceris. Aliqui duplēcē tantum, veluti atheroma: quippe quod tum excidere, tum putrefacere licet: Steatoma vero sola manu opera curat: cū nec putrefieri possit, nec digerit. In ijs vero abscessibus, qui in alto corporis consistunt, ac potissimum in visceribus: medicamenta quæ ex aromatis cōponuntur, maxime sunt utilia: vt pote quorū vis collectum humorū, tum in halitum resoluat, tum digerat. Sunt profectio & alia eius generis nō pauca, quorum laudatissima sunt, tum antidotus quæ ex viperis cōponit (Theriacē vocant) tum quæ Athanasia vocat, tum Ambrosia: atq; hec qdē sumptuosa. viiiorū sanè optimum est nostrū, quod ex cretica calamintha est compositum. Oia vero id genus in opere de medicamentis colligemus. quod, vti paulo ante diximus, satius arbitror ijs tribus, quæ supra memorauī, quō nihil delit, subijcere.

De tumoribus, qui toto genere præter naturam sunt, ac de optima curandi via. C A P. 13.

Voniam vero eorum quæ per chirurgiam sunt, curationis indicatiōnes aliquid cōmu ne habent, aliquid pprīum, satis nobis vīsum est ea non distrahere, sed vniuersa in calce huius operis apponere. Nunc porrō tantulum etiam de tumoribus, qui præter natūram consistunt, est adiūcēdū, q; quicunq; ex his toto genere præter naturam sunt, jī sui ablaciōnem indicent: cōmuniōri scilicet indicatiōni, quæ per oia quæ totis substantijs à naturæ habitu recesserūt, extendit, subiecti: veluti in steatomatis & atheromatis habet. Huius certe generis est & quæ Myrmecia græce vocatur, & quæ Acrochordōn, præterea in vesica calculus, & hypochyma, &c. in mulieribus molæ in vtero gestatio: ita vero appellant informē carnem. Omnia nanc; talia submouere in totū properamus. Quorum vero etiā locus ipse affectus vna quæpiā naturālū partium est, prima indicatiō est, vt affectus sane. Secunda ab hac, si insanabilis is sit: vt vna cum vitio pars quoq; ipsa excidat: sicut in cancero & oībus ulceribus quæ curationē respūnt. E contrario vero in suffusione, quod Hypochyma vocant, & vīcti in prima indicatiōne, ad alii eam locū, qui minoris sit momenti, transferimur. Non defūnt qui hæc quoq; vacuare sint aggressi: sicut in ijs quæ chirurgia tractant, dicam. Nūc illud dixisse sufficiet, q; humor qui in hydrocelis vīsatur, alienus à corporis substantia tota natura sit: sicut etiam quæ in ascitis hydropibus contineat aqua. Quarum certe vacuationem, vel medicamentis quæ digerant, molimur, vel chirurgia: in hydrocole qdem īmīlo siphone: in hydropibus vero adhibita punctione, quæ paracentēs vīcant. Porrō excidit vna cum affectu ipso, veluti in ijs quæ ante cōprehensa sunt, etiā pars affecta: ita & in herniosis aliquid peritonei. Pari modo & columella aliqñ vna cum vitio ipso exciditur. Itidemq; in cruribus & testiculis, vna cū varicibus ipsa venae. Ad hęc, tunica in nālo cū polypo, & foratus dens cum foramine, verum ex his nullum est quod ad naturalē habitum possit reduci. In columella vero id oīno est conandū, nec pperandum ad eā excidendā: sed qñ gracilis est, & ad lori tenuitatem redacta, tum est auferenda. Porrō eā reddet longius ijs. at qualem Hippocrates in p̄fagijs descripsit, paucorum dierum numerus, æque vero & cetera quæ in magnitudine naturalem habitum excesserunt, in qbus annumeranda sunt omnia qbus supercrevit caro, & encanthides, & qui in sede thymī dicuntur. Sunt ex istiusmodi ulceribus & quæ ambigua sint specie, veluti cicatrices quæ supra cīcūpositam cutim multū extant: item, quæ in oculis sunt pterygia. Curationis m̄n̄ eorum indicatiō manifesta est. Siquidem talia oia amouere oportebit: atq; id semper agere, vt rationib; qbus id fiat penitatis, optimā semper earū deligas. Sanè optimae rationes tripliciter iudicantur, tum ex tēporis curandi breuitate, tum ex curando citra dolorē, tum ex maxime tutō curando. Rursus vt tutō cures, tria pprīa sunt, qbus intentus sis oportet: Vnum p̄mūmīq; vt oīno absolutionem operis consequaris: Alterum, vt sicuti hunc non consequaris, saltē cubantē non ledas: Tertium, vt vitū non facile reuertatur. His considerationib; si optimā curationis viam iudicaueris, inuenietur in oībus quæ nūc p̄posuimus, qñ potius chirurgia, & qñ potius medicamentorum ope sit curādū. At chirurgiæ qdem studium in ijs præfertim quæ nūc sunt, p̄posita, ad interemptionem eorū festinat: vt quæ quod in animalis corpore toto genere præter naturam habet, id prorsus tollendū sibi proponat. Quod si perficere nequeat, proximū illud cōsiliū habet, vt vitū transferat, velut in hypochymatis. Quod vero ex medicamentis perficitur, p̄mū huc tendit, vt quod præter naturā est, tum vacuet, tum digerat, quod si per mēbri naturam, aut etiā vitū rebellionē fieri non licet: vt id tum in pus vertat, tum putrefiat, hoc vero secundo loco destinat, Quippe ita in columellæ vitio facimus: p̄mū scilicet ad naturalem

\*τῶν κατὰ φύσιν. i. εάν τις φύσιν μητέρα τοῦ πρώτου συκοπῶν, G

\*Νό εἰναι τις H

**A** naturalem habitum eam reuocare tentantes: id si consequi non est, prorsus amputantes: idq; vel chirurgiae opera, vel per caustica medicamenta, verum medicamenta melius est in tractationem de ijs differamus: (quandoquidem tribus iam proditis, aliam quoq; quartam adiijciendam statuimus) ac chirurgiam in calce huius operis apponamus.

*Quæ secundum naturam, quæ præter naturam proprie in nobis dicantur.* C A P. 14.

**N**on est igitur q; in his amplius imoremur: sed transeūdū ad ea quæ similiē ijs quæ cōprehē-  
sa sunt, curationem desiderant. Ea sunt tum quæ in numero & magnitudine conuenientē  
modum excedunt: tum quæ in ambobus ijs deficiunt. Dixi hoc loco conuenientem, q; si confe-  
rentem, vel conducentem, vel secundum naturam, vel vtilem alibi usurpauerō, eadem sermonis  
vis erit. Ac dictum qdem de his est alibi latius. Cæterum, redigere in memoriam summatis oīa,  
etiam hoc loco alienum non fuerit. Omnium ergo quæ in corpore habentur, primum cuius ma-  
xime indigemus, est ipsa particularū minime impedita functio. Hanc vero quia possidemus na-  
tura, idcirco publice dicimus expetere nos secundum naturam agere. Et quia hoc ipsum, cum eo  
quod est secundum naturam, vel naturaliter se habere, est coniunctum: merito profecto nihil  
interesse arbitramur, secundum naturam habere, an secundum naturam agere, dicamus. Quin &  
**B** sine additione interim græce dicimus expetere nos τοῦ κατὰ φύσην, vtq; subauditō in dictione,  
vel habere, vel agere, vel ambobus. { Latinas propter articuli fortassis inopiam, ea figura desti-  
tuitur. } Atq; haec quidem causa est cur medicis recte usurpata vox hæc, Secundum naturam,  
sit de oībus, quæ in corpore ex sententia nostra esse cupimus. Scire autem licet in ijs quibus natura  
deficit, nec primum, nec propter seipsum, secundum naturam à nobis expeti: sed { propter actio-  
nem, } & ex accidente. Siquidem sextus digitus nonnullis ab ipso statim ortu est congenitus, &  
quintus defecit: & alia quædam sīrūlia, aliqua in numero, aliqua in legitima quātitate vitiōsa. Ac  
si quidem hec plurimum, recta vero rara fierent: cōtra q; nunc de naturæ operibus statueremus,  
vtq; non tuentes vt nunc, sed auferentes ea. Haec ratio memoria tua nunq; excidat: cum sit ad no-  
minum vīlū vīlis, quæ tum fallere incosideratos possunt, tum discordia phantasiam excitare,  
sicubi alter dicat totum quod præter naturam est, esse tollendum: alter quod noceat, aut inutile  
est, aut incommoda actioni.

*De ijs que in magnitudine, & numero excedunt vel deficiunt; ac primum de curandis ijs qui  
obesitate & corpulentia onerantur.*

C A P. 15.

**E**rgo denuō repetentes, de rebus loquamur, quando de nominib; est nobis definitū: hinc  
**C**orū. Coniuncta comprehensis iam morbis sunt ea quæ vel magnitudine, vel numero, à de-  
bito naturæ modo sunt aliena. in quibus amputare quidē conueniet quod magnitudine, vel nu-  
mero redundant; reficere autem & singere quod defit: vbi videlicet fieri id licet. Quintum namq;  
digitum, aut tale aliud membrum, medico certe gignere nō licet, sed vnius naturæ opus sunt oīa  
talia. Verum in totum tollere quod numero redundant, aut præcidere aliquid eius quod magni-  
tudine modum excessit, haec nobis quoq; licent. Siquidem ex medici officiis vnum est, nec id le-  
uissimum, vbi in corpulentia eō deuenit corpus, vt nec ingredi sine molestia, nec sedem propter  
ventris molem contingere, sed nec respirare libere possit: hæc liquare ac tollere: { & que nimis  
ut cum corpus ali delinit (Atrophicæ Græci vocant) quod genus quos vomica male habet, pa-  
tiuntur: } huic quoq; reficendo prospicere. Sæpe autem evenit, vt non totū corpus, sed vna que-  
piam pars ex atrophia tabescat: quam scilicet vel neruorum resolutio, vel ipsius partis intempe-  
ramentum præcessit. Opportuneq; iam de curatione horum considerabimus, orsi ab ijs qui cor-  
pulentia nimium onerantur. Ostensum vero in libris est, qui de temperamentis sunt inscripti, q;  
calidior sicciorq; temperies exile corpus reddit. Ergo id agendum, vt nimis obesi corporis tem-  
peramentum tale esse faciamus, si modo ad debitum modum redibit. Sanè docuimus tum in illo  
opere, tum nihilo secius in opere de tuenda sanitate, q; acuta exercitatio, & tenuans vīctus, & id

**D** genus medicamenta, & animi cogitatio, temperamentum totum non solum calidius, sed etiam  
siccus, ac propterea corpus exilius reddit. Igitur in exercitationibus celerrimus cursus est ido-  
neus. Tenuantis vero vīctus materia, seorsum singulari libro est prodita. Quod si medicamenta  
tenuantia quoq; requirant, etiā haec in operibus quæ de medicamentis conscripsimus, sunt edita:  
quāq; referentur eorum nunc quoq; quæ sunt efficacissima: quibus, vbi demere nimiam obesi-  
tatem studeo. Ergo quæ ad articularia vītia qdem exhibere solent, quæ scilicet va-  
lentem incidenti facultatem habent, ijs tu quoq; cum nimiam obesitatem curabis vītor. Sunt  
porrò talia, rutæ semen, præsertimq; sylvestris, vna cum ipsis corymbis, & aristolochia rotunda,  
& minus centaurium, & gentiana, & polium: præterea ex vrinam cipientibus, ea quæ pollentes ha-  
bent vires, velutii petrolelinum. Vnūquodq; enim talii, tum ipsum per se, tum vero alijs mista,  
vnūversa, & extenuare potenter succos, & vacuare sunt habilia, partim quidem sensibiliter q; vri-  
nas, partim per insensibilem transpiratum sed & sal quod ex cōbustis fit viperis, potenter exte-  
nuat. Multiq; cum vel graciliores, vel mediocris habitudinis essent, ex eiūmodi medicamento-  
rum potionē perierunt, sanguine ipsorum excocto. Ruerant autem ad ea, propterea q; liberatos  
aliquos articularijs vītis viderant: minime scilicet estimantes, q; tēperies eorū qui sanati fuerant,

Septima Classis. mmmmmmm iij humidior

*¶ dñtrvxy  
¶ dñtrp*q*, i.  
secundario*

*¶ sequenimis  
rum vt cū cor  
pus in ea redi-  
dat atrophia q;  
lē ijs q; phthoe  
detinuntur, pa-  
tiuntur.*

## Gal. methodi medendi

humidior pituitosiorq; erat, qualis nimirum obesorum est. In quibus eiusmodi medicamentorum **B** securus est vsus. Ipse nanq; iuuenem quēdam quadraginta circiter annos natum, oppidoq; obe-  
sum pereurauit, v̄lus tum antidoto quā aduersus articularia vitia est composita, tum sale theriaco,  
ipsaq; theriace, ac reliquo extenuanti victu, & pro exercitatione cursu veloci. Porrò præparauit  
hominem ad eursum, perfriando primum linteis asperis, quoad cutis ruberet; dein statim cum  
oleo, quod in se digerens aliquod medicamentum habebat, quo etiam post eursum rursus vtebar.  
Talia medicamenta sunt, tum sylvestris cucurbitæ radix, tum althæa, tum gentiana, tum aristolo-  
chia, tum panacis radix, tum polium, tum centaurium. Per hyemem vero etiam à balneo iam di-  
cto oleo hominem reuxisse profuerit. Verum cibum exhibere non statim à balneo, sed inter-  
posito somno conueniet. Quod si velit etiam rursus ante cibum lauari, permittes. Magis etiā ad  
rem pertinebit, si aquæ ipsi digerēdi facultas insit. Ac si quidem talem aliquam sponte natam ha-  
bemus, ipsa vtemur: cuiusmodi in Lesbo, à Mitylene stadijs quadraginta, sī minus, ipsi  
similem aliquam moliemur. Est porrō ea que in Mitylene conspicitur, & viribus & colore talis,  
qualis vtq; sit, si quis florem salis aquæ marinae misceat. Hæc ipsa aqua etiam hydropticis, & reli-  
quis tumefactis, idonea est: vt pote valenter desiccans, ita profecto vt prepinguisbus: ac pricipue  
si quis ipsos cogat in ea celerrime natare, nec post largam iauationē protinus esse, bibere ue, sed  
somno interposito, aut omnino saltem quiete. Sanè illud est sciendum, atq; ab eo qui obesitatem  
curat prædicendum, q; aliquando ex multo simul obito motu, & febri hominem tentari est cre-  
dibile, & q; febris ad rem propositam non aliena erit: vtq; si medicus recte omnia faciat. Etenim  
perspicuum est, vbi ex laſitudine febricitant qui ita curantur, q; sopita eorum febre, rursus ad  
eandem curationis formulam redibimus. Sanè fugere in iis curandis cōueniet & vna que mul-  
tum nutriunt, cuius generis crassa sunt: vt vero vel aquosis, id est colore albis, & consistentia te-  
nuibus, vel quibus mare est admistum.

De reficiendis corporibus extenuatis, ac restituendis particulis que deficiunt. CAP. 16.

**A**T vbi eos qui extenuati sunt, reficere in animo est, ijs vinum exhibebimus crassum: cibum  
vero, qui succum efficiat crassum, exercitatiōes paucas, fricationem mediocrem: ac vt sum-  
ma complectar, omnia iam comprehensis cōtraria moliemur. His vero etiam picari cōmodum  
est: ¶ idq; tertio aut quarto quoq; die. ¶ Quippe id ad carnem instaurandam, egregium medica-  
mentum est: deo si quod singulare membrum hoc v̄tio laborat, id hoc præsidio restituetur. Ac  
nobis quidē in oibus fermē hoc vñ satisfecerit, siqdē humectat & calefacit, sanguinis multitudi-  
ne accita. Ergo nec assidue id egrotanti corpori admoveare conueniet, nec cū conueniet, sepe illi-  
nere, verū in hyeme bis, iestate semel id fecisse est satis. Quibus vero à natali die gracilia sunt mē-  
bra quædā, ijs etiam mangones puerorū hoc ipso præludio succurrunt, vñā cum certa percussio-  
ne, quam græcē Epicurus vocat. Est porrō & illius mediocritas quædā: vt scilicet nec plus iusto,  
nec minus fiat. Ea talis est. Ferulas paruas ac leues modice illitas, gracilibus partibus incutunt,  
donec modice attollantur, quippe in hoc summa rei est: veluti Hippocrates de perfusione aquæ  
calide dixit. Primum quidem pars intumescit, post gracilescit. Ergo quibuscumq; particulis bo-  
nam habitudinem reddere studemus, has & fricare, & perfundere, & percutere, & picare opor-  
tebit, tantisper dum intumescant, hoc vbi factum est, protinus desistere priusq; digeri cōperint. ¶  
Etenim quæ calefactiū omnia, sicuti attrahere, ita etiam digerere sunt apta. Si ergo perstes dum  
quod attractum est, digestum sit, operam luseris. Ad hunc modum mango quidam proximè na-  
tes pueri, fame consumptas, breui auxit, percussu mediocri quotidie v̄sus, aut saltem alternis  
diebus: item moderata picatione. Cæterum, quibus totū corpus est extenuatum, ijs lauari quoq;  
post cibum est idoneum. ¶ Veluti autem metus erat, ne tenuantibus auxilijs febris succederet, cor-  
pore scilicet immodece per hæc calefacto: sic ijs qui à cibo lauantur, timendum est ne sibi secur  
obstruatur, potissimum propter ciborum speciem: quippe cum aliter quoq; obstruere soleant  
quæ succum crassum gignunt, si quis his liberalius vñatur. Vbi igitur alias id efficeret, mul-  
to profecto promptius idem post balneum faciēt. Incidit tamē ex tali v̄ctu diutius exhibito, etiā  
calculi in renibus generatio, quod vitium cur omnibus non contingat, satis patet. Quippe incre-  
dibile non est quibusdam vel densos admodum esse renes, vel perangusta venarum in iecinore  
ora: quibusdam contra esse habita. Horumq; dignotio nulla planè certa est: sed percontandum  
assidue ab eo qui iam dicto modo est cibatus, num quis illi grauitatis sensus in dextris precordijs  
& circa renes sit. Quod si quid tale aliquando senserit, protinus cappari ex oxymelite in prin-  
cipio cibationis, donec constititerit gratitas, dabitur. Ad membra vero quæ ægre reficiebantur,  
ac pluriculum iam refrigerata erant, v̄lus aliquando & thapsia sum: alias ea ex melle membrum  
illiniēs, alias etiam ex cerato. Siquidē attrahit ea quoq; partibus qbus supposita fuerit, sanguinis  
copiam. Quibus autem exiguum aliquid pudendi præputio de naturali deest quantitate, ijs non  
raro citra thapsian sola tēsione debitum modum reddidi, membranulam mollem firmamq;, cuti  
gummi illitæ circūoluens. Satis autem constat, q; etiam membranulae finem {parti subiecta} &  
agglutinari gummi oportebit. Siquidē & siccatur cito, & sine dolore adstringit. Porrò cuti p-  
putij ex interna parte rotundum aliquid ac mediocre supponi prius oportebit: quod videlicet  
posteaq;

+ διημεροῦ ἡ τε  
τοπίον ἡ τε  
τέρα. i. idq;  
τῆν vel ἔτος  
διεύσπατο.

G

+ In impressis  
codicibus & i  
plerisq; manu  
scriptis græcis  
legit, ὑπάλε  
πτου, i. gracie  
lioris, in aliqui  
bus autem vt  
Linacer vertit.  
ὑπόλιμου ουν  
τακτήσογ, i. fa  
me cōsumpti.

H

\* ἔασ. i. lūbos  
rum carnes  
\* ἔασ. Xaprou. i.  
fibris vel mem-  
branulā char-  
te  
† τῷ ὅποβιται  
βλαχιέρα ἀνα  
μέτρον γίνοσ.  
illi p̄tē membra  
nūtæ, que i su-  
piori regiōe s̄i  
bi subiecta est,

posteaq;

- A** posteaquam agglutinata membranula est, facile eximas. Eorum vero qui thapsia preputium adducunt, quidam rotundum id è plumbo fecerunt, veluti solenarium quoddam: mox illi extrinfecus præputij cutim circūtendunt, ac molli loro deligant. Fueritq; & id nōnunquam vtile, vtq; quibus multa defit cutis: Quibus autem exiguum est quod deest, ijs (vt comprehensum est) sola membranula circūdata sufficiat, vbi autē circūdabitur cuti, & agglutinabitur, subitus imponi solenarium prius oportebit. Ego vero cum nihil horum præstò est, modicum chartæ inuolens, immittere pro fulcimèto præputij soleo: vt postea cum planè coaluit quod foris est circūdatum, exempto quod fulcierat, facile meiat is qui curatur. Constat vero hoc quoq; vitium ex eo morborum esse genere, quod naturalem magnitudinem est egressum, alias putrescente præputio incidentis, alias ab ipso ortu minore q; par erat congenito. Subiicitur autem dupliciti chirurgiae rationi: interīm in superna pudēdi parte circulo incisa cute, q; videlicet eius vnitate soluta, catenus deorsum trahatur, quoad glandem cooperiat. Interīm vero scalpro ex interna parte, qua glandis initium est, excoriata, mox deorsum tracta, ac deinde (vt supra comprehensum est) molli quopiā deligata. Dicemus autem & de eiusmodi rationibus in sermonis progressu, & que profecto vt de curtis id genus, quæ Colobomata Græci appellant. Quippe ita vocant quæ in labijs, aut narium alis, aut aure deficiunt. Nam methodo quadam curantur hec quoq; : primum quidem excoriata vtrīq; cute, deinde adductis coniunctisq; inter se cutium oris, ac vtriusq; quod callosum est detracito, mox quæ reliqua sunt adslutis atq; agglutinatis. Eiusdem generis sunt & quas in maiore oculi angulo Rhœadas græce vocant, vtq; vel impensis minute, vel prorsus perditò ipso angulo. At prorsus quidem perditò eo, omnino insanabile relinquitur vitium: Minuto vero, ijs quæ modice adstringunt curatur, si tamen totum corpus primum ante purgaueris, dein caput. Sunt medioriter adstringentia medicamenta & quæ è glaucio componuntur & croco, & quæ nardina vocantur: & in primis quæ ex vino sunt confecta. Ut vero summa complectar, quibus perit aliquid substantiæ, maxime quidem id agendum, vt ei quam simillimam faciendam curemus, si id fieri nequit, saltē aliquid quod eundem præstet vsum, machinabimur. Erit autem profecto & id eatenus simile. Etenim cum ossis tibiae sape excidere portionem magnam cogimur, ad alterā loco eius substantiam producendam, carnem gigantibus medicamentis naturam ipsam prouocamus. Quæ vtq; iter initia velut dura est caro: postmodum calli durioris firmitudinem accipit: ac temporis spatio roborata, ad ingressum ossis loco fitabilis. Quinetiam vbi internodia digitorum excidimus, in excisorum loco alteram, qualem prædiximus, naturā prouenire cernimus.
- C** Quod autem venas quoq; sensibiles generatas aliquando vidimus, prius est dictum. verum has non tam similes ijs quæ prius perierant, q; easdem renasci dixeris: veluti in causis ulceribus carne. Cicatrix vero quæ in hac calli modo durata dignitur, ea cuti quidem est quam simillima, cutis tamen non est: quando & densior ea visu tactuq; lentif; & ratione, ex eo quod pilos non edit, intelligitur. Hæc igitur si præstò tibi ad manum semper erunt, quæ tibi in curationibus peragen da sint, minime requires.

De reliquis curandis affectibus, qui ad prædicta genera referuntur.

CAP. 17.

- M** illi vero iam tempestivum est ad alia morborum genera trāsire, sed quibus est cum supra comprehensis societas. Ergo serpens vlcus, qui Herpes græce dicitur, is eiusdem est generis cum exulcerato erysipelate: Rame vero, quam Sarcocelen vocant, cum scirrhis. At vitia quæ Ophiasin, Alopecian, & Ptilosin appellant, ex eo sunt morborum generis, in quibus naturale aliiquid est amissum: æque nimirum vt myrmecia eorum est quæ toto genere sunt præter naturam. Porro triplex omnium horum est differentia. Quædam nanq; ex mutatione consistunt solidarum partium, sicut myrmecia, & leuce, & vitiligo, {& ossis caries, quæ sphacelon vocant, } & elephas, & scabies, & lepra. Quædam cum prius omnino non fuerint, postmodum sunt orta: veluti meliceris, & atheromata, & stenomata: atq; alio modo helminthes, & ascarides, & ceria: (ita enim vocant longam latamq; helmintha) omniaq; quæ supra diximus in abscessibus quibusdam callosæ substantiæ, aut lapillis, aut ossibus, aut pilis, aut alijs quibusdam id genus similia inueniri. Itaq; attentum esse semper oportet in omnibus que præter naturam habentur, atq; diligenter aduertere ex quo ea genere sint: si modo illud recte à nobis dictum est, primam faciendorum indicationem, vnde ad omnia quæ deinceps sunt administranda initium capietur, à genere ipso sumis. Herpetas nāq; biliosus procreat succus, quo sit, vt eatenus eiusdem sit cum erysipelate generis: atq; huius quoq; magis etiam cum eo quod exulceratum est. Differt autem ab erysipelate humoris tenuitate. Est enim admodum tenuis qui herpetem excitat, adeo profecto vt non solū omnes interiores partes, quæ vtq; carnosæ substantia sunt, transeat, sed etiā cutim ipsam ad summam vscj cuticulam (Epidermida Græci vocat) quam solam propterea q; ab ea remoratur, tum erodit, tum exedit: quando si hanc quoq; sudoris vice transiret, haudquaq; vlcus excitaret. Quippe id ulcerum quæ ex mordente humore oriuntur, quæ nimirum spontanea vocant, cōmune est, q; humor qui ea facit, sistitur in exitu ac tardat. Porro ex eo quod alter humor altero sit tenuior crassior, vlcerum differentia, quæ ex profunditate spectantur, proueniunt. Huius certe generis est & quæ Phagedena Græce dicitur, & exulcerati cancri. Quorum omnium cōmuniis curæ

Septima Classis.

mmmmmmmm iiiij tio

Vit. ē. 2. ad glau. cap.  
est & humor. p. 2. non cap.

## Gal. methodi medendi

tio est, ut inhibeatur primum humoris cōfluxio; post sanetur vlcus. Propria vero cuiusq; tum ex membris inuenitur natura, tum ex humorib; non solum specie, sed etiam quantitate. Attenuisimus quidem in eiusmodi humoribus est is, qui exulceratum herpetem excitat: crassissimus, qui cancrum. Proximum ab his locum occupat, quod ad crassitudinem attinet, qui phagedænas creat. Harum species quædam sunt, quæ Cheronia ac Telephia græce dicuntur, iam alia quædam eiusmodi appellations sunt, sed inutiles & supereracuæ. Siquidem ad curationem pernosci oportet humoris tum copiam, tum crassitudinis tenuitatisq; eius modum, tum potentiam, veluti statim in herpete: quoniam humor tenuis est (vt qui ex genere flauæ sit bilis) vbi summam cuticulam in transitu perrupit, vtq; cum digestus sit, permittit cicatricem vlceri induci. Itaq; si quis toto prius corpore purgato, mox quæ influentem humorē reprimant regerantq; medicamentis vtatur, iam herpetem curauerit. Sin neutrum horum fecerit, sed tantum ea quæ cicatricem inducunt adhibuerit: vtq; exulceratam cuticulam ita sanauerit: proxime tamen illi, quod minus exulceretur, non cōsuluerit. Postmodum vero illa quoq; cicatrice inclusa, quæ ipsi continua est, exulceratur: idq; longo spatio ceu serpente malo ipso fit, donec humor qui id facit, sit vacuatus. Etenim Romæ mulier quædam illustris, cum herpetem in malleolo haberet, primum quidem medicamento, quod algam recipit, est vfa. Hoc cum protinus cicatrix inducatur, proxima illi summa cutis est excoriata, veluti ex desquamatis. Cui cum deinde superpositum medicamentum est, rursus illi continua est exulcerata. Idq; ita assidue perrexit, donec ad genu exulceratio perueniret: cum interim quiduis potius pati quād medicamento quod billem traheret, purgari parata esset. Itaq; etiam, quod fieri in talibus assuevit, quoniam pleriq; culpant non culpanda, damnato ex alga medicamento, aliud admoueri iussit. Deinceps igitur quod ex sandice componitur, vtebamur. Ut vero id quoq; quod exulceratum iam fuerat, lanauit: quod vero nunc exulcerabatur, non inhibituit, sed iam ad bubones vsc; vitium ascenderat, ipsa necessitate coacta, serum se lactis sumpturam annuit. Immittentes igitur clanculum minimum scammoniæ, inuitam purgauimus, ac sanauimus. Ergo cuius gratia hæc dicta sint, denuo repetamus. Postquam communem omnium quæ sub eodem genere vitiorum sunt, indicatiōnem accepis: vtq; non hanc in particularibus exequaris, sed reduces semper ad differentiam, quæ tum affectibus, tum ipsorum causis sit accommoda: sicuti de spontaneis ostensum est vlceribus. Vacuabis nanq; eum qui redundat humorē, cæterum aliquando medicamento quod flauam purgat billem, s̄epe eo quod nigrum: modo eo quod mistæ est facultatis: quod scilicet billem simul & pituitam educat: veluti in altero herpetum genere: quem à similitudine quanti habet cum milio, Cenchrion græce appellant. Quippe is non protinus vlcus facit quemadmodum alter, sed admodum exiguae pustulas, ad speciem milij: quæ ipsæ interposito spatio in vlcus abeunt. Adeo non sine ratione quibusdam vilum est in eiusmodi vitio bilis esse aliquid pituitæ admistum. Incidunt sane nonnunquam & citra vehemens totius corporis humorum vitium in partibus vlcera, quæ haud difficuler medicamentis, quæ repellendi digerendiq; mistas facultates habent, curantur. Ac repellunt quidem non solum ea quæ adstringunt, sed etiam quæ sine adstrictione refrigerant: digerunt vero quæ calefaciunt. Constatq; q; in generatione vlceris, exuperare debebunt quæ repellendi facultatem habent: vbi non amplius confluit in ægrotantē particulam vitiosus humor, quæ digerunt. Siquidem exiguum vitiosi humoris etiam si quis ad viscera, & magnas venas retrudat: nullum profecto, quod sensu percipiatur, malum committer. At si eius non levius quantitas sit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit, vbi scilicet prius, naturæ viribus totum corpus expurgantis non sit vel per deflectionem, vel vrinas, vel cutim, quæ totum corpus includit, vacuatum. Atq; flauæ quidem bilis vacuatio est facilis: pituitæ vero, ac potissimum eius quæ crassior glutinosiorq; est, itemq; nigræ bilis, difficilior: quo magis purgantis medicamenta ope indigent. In herpete vero, quoniam tenuis humor est qui id vitium creat: abunde est etiam aluum leuifer soluisse; vel vrinas, per ea quæ id modice efficiunt, citasse. Verum quoniam de medicamentorum methodo proditum etiam aliquid in superioribus est, non pauca autem & in operibus quæ proprie his sunt dicata: satius sit fermomeni nihil ultra proferre: quando satisfacere etiam ei qui attentus erit, hæc possint. neq; enim nos ea à misis accepimus. Verum homini qui prudens sit, & diligens, & mente exercitatus, ipsa rerum natura quid agendum sit, suggerit. Vbi vero etiam inueniendi viam ab alio quis traditam ceperit: huic facillimum est per eam, ultra progredi. Huius rei ampliū testimonium fuerit, quod eiusmodi viri artem maximis operibus illustrarunt. Qui vero parum sunt prudētes: iñ nihil preterea inueniant, etiam si tota vita infinitos artis effectus conspexerint. Plurima nanq; inueniuntur hodieq;, quæ apud maiores nostros non fuere inuenta: veluti nūc Rome quidam excoxitauit, quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore sanet. Verum de prioribus, vtote à cute extantibus, minus est mirum: de myrmecijs vero, potissimum quæ cum summa cute prorsus sunt equales, mirum videbatur. Verūtamen has quoq; primum labiorum applicatione, ceu suetu ad se trahebat, atq; à radice euellebat: deinde primorib; apprehensam dentibus totam simul eximebat. Sed & scalpro ad myrtacei folij speciem formato, & ferramento eo quod Scolopachērion

## liber quartus decimus

93

**A** pomachariorum Graci vocant, quispiam manibus exercitatus, facile eas excidat: cum proprijs linneamentis à circumposita cute circumscripta discernantur. Æque vero & valente aliqua pinna círculo myrmeciae imposta, ipsam educimus. Debet porro pinnae fistula esse myrmeciae crassitudini par, vt eam vndiq; prorsus constringat. Quæ postea circumacta, ac simul deorsum impulsâ, celerrime ita myrmeciam etiam cum ipsa radice totam educet. Constat vero & quod finis ipse pinnae, quæ eam círculo secabit, non tenuis modo, sed etiam acutus & firmus esse debet. Itaque tum galli veteris pinna, tum vel magis aquila, ad hunc usum est commoda. Abscindere vero ab his tantum radicem versus oportet, quatenus reliquæ partis fistula complecti myrmeciam possit. Sanè ex ipsa statim abscissione, si modo scite fiat, etiam acumen ipsi comparabis. Atque hoc quidem ratio inuenit, non casus. Iam quod hæc vehementer attrahentibus medicamentis sursum velletur, & putrefacientibus encabitur: ratione ab aliquo est inuentum: qui ijsdem postea usus, experientia rem comprobavit. Quædam nanque etiam ante experientiam fiduciam de se manifeste præbent: veluti, quæ aculeum ac telum, quod modo infixum sit, exitunt: itemq; arenulas, si quæ oculo inciderunt. Quædam ratione certe excogitantur, confirmantur autem ipso usu. Quod autem facilius etiam per te eiusmodi vias ad curationum comparandam copiam inuenias: non te debit aliquid huius generis exemplum proponere. Nominamus autem id genus in numero particularum vitium. Quoniam enim quædam deficiunt, sicut dens, vel digitus, vel è naso ala, vel auris quæpiam particula, vel pudendi pellis: quædam redundant, veluti sextus digitus, & quæ grece Exostoses dicuntur, & dentium ij, qui naturalibus adnascuntur: adimere quidem, quod superuacuum est, sanè haud difficile est: aliud vero producere, quod simile ei sit, quod desit, id in quibusdam quidem est facile, in quibusdam difficile: in alijs plane fieri non potest. Si nanque carnosum sit, quod deest: haud magno negocio id reficias, atque eius rei in causis ulceribus tradita methodus est: Sin os sit, ipsum quidem instaurare non est: cæterum aliud pro eo durum efficere, id licet. Dicitum vero etiam in præcedentibus est de reficiendis venis: nempe quod aliquando nouas alias sensibiliter progenitas vidiimus, aliquando omnia tentantibus non prouenerunt.

#### *De resarciendo pilorum defectu.*

CAP. 18

**C** A T si dígitus desit, vel tale quíppam, restituere id prorsus non licebit. Sanè prodítum & de  
præputio prius est, quemadmodum id quíppam instauret. At qua in náso, vel aure, vella-  
bó sunt curta: ea quidem vt refecisse non liceat, ita decorum aliquem his adiúcere liceat, siquis diui-  
sam vtríque cutim mox in vnum conductam queat agglutinare. Alia vero ratione huic morbo  
rum generi annumerátur atheromata, & steatomata, & melicerides, & ascarides, & ceria, & hel-  
minthes: præterea qui in articulos & pulmones incident calli, quos poros vocant: itemq; qui in  
renibus & vesica inueniuntur calculi. Quippe in omnibus his communis est substantiæ genera-  
tio, quæ ante non fuit. Contra fit in alopecia, & ophiasis, & ptilosi, item caluitie: in quibus amissio  
particulæ est, quæ vtilis fuerat. Tanquam igitur in cæteris omnibus in quibus gigni quíppam vo-  
lamus, id agimus, vt naturæ motus liberos minimeq; impeditos reddamus: eodem certe modo  
& in pilis amissis. Quippe nature opus est, veluti in linoosis vleribus, generatio carnis, itidē in  
capite, & palpebris productio pilorum. Ergo si recordaberis ea, quæ in naturalibus librīs nostris  
de pilorum generatione didicisti: vtique ex ipsis amissionis eorum causas inuenies. Siquidem  
ostensum in his est, quod ex succis qui per cutim transpirant, quod limosum est, id pilos tum à  
principio gignit, tum de cætero veluti succrescēdo auget. Hoc igitur quoties vel prorsus periret,  
vel redditum est vitiōsum: toties pilos corrumpi est necesse. Corrumputur nanq; & stirpes ip-  
sæ dupli ci de causa: aliás nutriti succo destituta, aliás non idoneo vta. Ac prorsus quidem per-  
ditio eo qui pilos alat succo calcificiæ oritur. Eodem vitiato tum quæ Ophiasis, ptilosis, &c.

2. & temper. cap. 5.

Viet p. & comp. med. Lo. ca.

\* Iuvadis est  
in impressis &  
in aliqbus anti-  
quis, in aliis A.  
yruadis est  
fuliginosum.

D  
In græco tñ  
επίτριξ κατα-  
φύσιν αυτῶν  
δικτύων id  
est ex naturali  
ipsorum gubernatione,  
† ἐν μητρικῷ  
ὑπότροχονών  
εγκύων σκοτω-  
τοῖς προπορε-  
πονοῖς. q̄ indi-  
cative per feco-  
por oibus iam  
dictis &c.

ditio eo qui pilos atar iucco, calcuclies oritur. Eodem vitiato tum quas Ophiases græce vocant, tum alopecia prouenient. At primum quidem {ex naturali eorum tum ortu tum mutatione,} etiam alienam à natura causam inuestigabis. Ab hinc curationis rationem inuenies. † Quæ vtq; per indicationes omnibus fam dictis (in quibus vel aliud quodvis vitium, vel etiam vlcus ex humoris vito incidit) communes peragetur. Siquidem & inhibere, quod influit, & absumere ac digerere, quod iam ægrotantem locum occupauit, conueniet. Ergo ceu in vleribus illis purgationem nocētis succi primum ad hisbusti: eodem modo in pilis ipsib; ac hac primum curationem inchoabis: scilicet diligenter prius æstims quis color cutis sit, cuius cernis corruptos pilos. Nam si is albidiior quam pro naturæ habitu sit: pituitosi humoris purgationem exhibebis. si pallidior, eiusmodi bilis purgationem: non secus quam si nigrior conspicitur, quæ nigram detrahant bilem offeres. Sanè ad vitiosi humoris speciem certius agnoscendam, non leue tibi adumentum præcedens vicit conferet: præsertim intelligenti quinam ciborum nigrae bilis succum colligat, quinam pallidae, vel pituitæ. Ergo cum iam planè purum ex purgatione corpus exiftimas: eum qui in cute continetur humorē, digerentibus medicamentis dicutes: sic tamē vt in his caueas, ne adeo calida acrias admoueas, vt cutis exulceretur. Quinetiam ea, quæ valenter siccant, cauerre conueniet: ne videlicet cum vitiato humore etiam vtilem qui adfluit, absumas: veluti in calu-  
cis sit. Hac igitur ipse aduertens, admisci primum ijs medicamentis, quæ alopeciam fanarent, exiguū thapsia. Deinde considerans quotidie quemadmodū ægrotantis natura ab hac effet affe-

## Gal.meth. med. lib. xiiii.

Eta: vbi vel tumefactam plusculum, vel quodammodo excoriatam vidi: illo quidē dīe à medicamento abstinui: illeui autem particulam vel galli, vel anseris liquato seu: propterea, quōd hec magis tenuum sunt partium, & altius descendunt. Deinde postero die, si quidem aliquid iam dictorum remanserat, simili modo illeui: Si nihil tale apparuerat, rursus medicamentū sum vsus. Atq; vt id alte demitteretur, etiam cutim prius linteo infircui, quoad manifeste rubra fieret. Verum si abalneo vtī eiusmodi medicamento voles: id ipsum ex balneo factum cernes, quod prius ex fricatione habebas. Iam eos quoq; quibus periere ex cilijs pilis (quos græce Ptilus nominant) simili bus genere medicamentis sanabis.

De oculonam uitij qui sunt toto genere præter naturam; ac de aliis lumbricis.

CAP. 19.

**D**Eliges autem materiam oculis idoneam: nec per negligentiam committes, vt medicamentum intra tunicas eorum confluat, itaq; sicca tutiora sunt: de quibus aque ac de cæteris in nostris de medicamentis operibus est proditum. Nunc enim (quod dixi) abunde est sola genera medicamentorum, prætermissa particulari materia, transcurrere: quōd minus de ijsdem idētide dicere cogar. Ergo quæcunq; ab ipsa naturæ moderatione sunt aliena, ea tollere cōueniet. Quæcunq; vero sub hac se tenent, cæterum quodammodo corrupta sunt, ea restituere, quatenus licet, oportebit. Sanè dictum à nobis est aliqua ambiguae naturæ esse. Nec illud non dictum, quōd eorum, quæ aliena sunt, quædam tota substantia sunt aliena, † logica scilicet inquisitione, nec ad curationes in quibusdam affectibus perinde utile. Si quidem pterygium à sanitatis habitu alienū esse, patere cuius arbitror: non tamen idem substantię ratione, quemadmodum atheroma & meliceris, est alienum. Fanatio vero huius quoq; dum paruum adhuc est & molle, per ea medicamenta, quæ detergit, perficitur: cuius generis sunt, quæ trachomatica vocant: vbi magnum durumq; erat, chirurgiam postulat: Simili ratione & aquilarum (quas Hydatidas vocant) quæ magna sunt, chirurgia curabis: quæ paruae sunt, siccantibus medicamentis iuuant. At Chalazion (est. n. id quoq; ex vitij, quæ oculos infestant vnum) cum toto genere alienum à natura sit, auferri postulat. Adeundem modum & pus ab oculis, quos Hypopius vocant. Verum id plerūq; medicamentis digeritur. Hypochyma vero iam incipiens digeritur: vbi diu constituit, nō potest. Etate vero nostra ocularius quidam medicus, cui lustro nomen erat, etiam cōcussionis capitis multos hypopius sanauit. Collocans enim eos in sella rectos: ac capita eorum vtrinq; à lateribus apprehendens, mox quatiebat, adeo vt manifeste descendere pus ipsi videremus. Mansit autem horū pus deorsum propter grauitatem substantiæ, tametsi hypochymatis nequaquam manētibus, nisi admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenim leuis est: ac vt ita quis assimilet, nebulæ similius hypochyma quām pus: quāquam horum quoq; ipsorum quædam (hypochymatū dico) seriosioris humoris sunt. Hæc autem punctione ad præsens discutuntur: Interposito tamen haud longo spatio, † {ceu limus quidam} deorsum fertur. At quando pus, quod in oculis est, digerere placet: collyrijs, quæ myrrham habent, maxime vtemur: quæ vtīq; & Diasmyrna Græci propriæ vocant; his certe minus, sed reliquis melius faciunt, quæ Dia libanu vocant. Quæ vero impense siccant, ad præsens certe valenter vacuant: sed quod reliquum est, ita cogunt, vt ēgre resolui possit: veluti de scirrhosis tumoribus prius est cōprehensum. Subinde vero multum simul puris vacuimus diuisa tunica ea, quæ cornu est specie, paulo supra locum, quo committitur inter se tunicae vniuersæ. Nominant porrò locum græce alij irin, alij stephanon, id est coronam. Quo fit, vt hoc quoq; vitium tribus subiiciatur vacuandi modis, & chirurgiæ, quæ simul multum aut totum expellit, & per medicamenta, quæ paulatim, & ei, quæ ad alium ignobiliorē transfert locum, veluti in concusione. Sunt profecto (vt dixi) ex genere eorum, quæ tota substantia præter naturam sint, & ascarides, & helminthes, siue ex teretes sint, siue etiam latæ. Quocirca & prorsus eas expelli ē corpore conueniet. Expelles autem si prius enecaueris. Necabis autem amaris me dicamentis. Videntes namq; obſistunt intestinis adhærentes: at mortua expelluntur vñā cum stercore. Expelluntur cum hoc etiam viuæ, sed stupefactæ, & vt ita quis dixerit, semimortuæ factæ. At teretes quidem absinthium perimere potest.

F

G

H

† AL. καθάπερ  
διουτις ήλυσ  
α.ceu vini fex  
quædam

Latae vehementiora medicamenta desiderant: cuiusmodi est si lix. } Parī modo quæ ἀσημαι græce dicitur. Verum de medicamentorum copia dicere nō est presentis propositi. Quare hic iam huic quoq; libro finē imponamus.

Galenī